



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An Juramentum litis litis decisivum à Judice, vel à parte alteri litiganti
deferri possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

iusiores, qui iurancunt Creditorem se velle indemnem, prout statuitur in *c. Ex rescripto 9. h. r.* Tertio obligatur suo iuramento, qui iuravit, quod iura Ecclesie alicuius pro viribus suis defendere velit, ita ut si deinde recurrente necessitate sub iuramenti debito requisitus eam non defendat, sed ad Superiorem appellet, a peritio non excusetur, nisi alia eum difficultas succurrere Ecclesie impediatur (prout statuitur in *c. Brevis. 17. h. r. Jun-Elâ Gloss. V. Difficultas*) aut Ecclesia nolit eam v. g. constitutam pensionem dire huic, qui defensurum se, sub conditione pensionis illius solvendæ iuravit, aut hic per alium æque idoneum iura Ecclesie defendere velit, aut causam manifestè iniquam foveat Ecclesia: in his enim casibus, cum in eorum aliquibus sine peccato observari non possit iuramentum, aut sine corporalis salutis interitu, vel Ecclesia conditionem positam implere nolit, aut hic, qui iuravit, per æquè idoneum obligationi suæ satisfacere velit, factum iuramentum non obligat,

SECTIO II.

De Iuramento litis decisivo.

§. I.

An iuramentum litis decisivum à Iudice, vel à parte alteri litiganti deferri possit?

Iudex potest ex officio parti litiganti, Actori vel Reo iuramentum litis decisivum deferre, nec à parte ut sic delatum recusari potest, nisi causam recusandi habeat, eamque alleget, & probet;

aut nisi iuramentum tale à Iudice sit delatum alteri parti litiganti referre velit, prout constat ex *c. Iuramentum 38. h. r.* Quia potissimum litium expediendum remedium est, si alize probationes desint iuramentum. Sufficit autem causæ recusandi tale delatum iuramentum plures, is scilicet, cui defertur iuramentum rei probatus sit; vel probabilem oblivionem alleget; vel actio sit talis, quæ non potest quis conveniri; vel si actor probavit suam intentionem, vel si aliter nihil probante, reus sit absolvendus.

Si tamen pars parti iuramentum in iudicio deferat, quod fieri potest ex *c. Iuramentum*, patet, simpliciter a parte, cui defertur recusari potest, vel deferri potest, neque enim una pars alteram, in quam potestatem habet, compellere potest, ad iurandum, & consequenter simpliciter hoc sic delatum recusari potest, refertur tamen etiam potestatis æquum est, ut hic patiatur legem quam ipse tulit. *c. Cum omnes 6. de Casibus.* Ita ut nisi relatum taliter probatur ex juris dispositione in causa principalis non amplius audiatur, sicuti reus, à delatum à Iudice iuramentum nec probare velit, nec referte, pro confesso habetur. Exipiuntur tamen casus, quo per probationes suam causam probare vel Reus, vel quo Actor super facto aliter quod plene probare non potest, iuramentum Reo defert, vel versetur iudicium circa causam famosam furti v. g. excipit Pontifex in *cit. c. Iuramentum*. In quo casu reus per se quæ notitiam habet, quàm Actor, & consequenter delatum sibi iuramentum referre non potest.